UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ephesini Concilii Generalis Pars III. Sub Cælestino papa I. anno CCCCXXXI.

Parisiis, 1644

Quomodo vnus est Emmanuel? Cap. VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15241

Visual Library

Quomodo vnus eſt Emmanuel? CAP. VII.

SEMEL nouiſſimis ſæculis Dei Verbum homo eſſe dicitur factum,
Hebr. 9. & ſicut ait diuinus Paulus, per ſacrificium ſuum manifeſtatus eſt.
Epheſ. 5. Et quodnam eſt ſacrificium? *Suum enim corpus obtulit pro nobis in odorem ſuauitatis Deo Patri: & intrauit in ſancta ſemel, non per ſanguinem hircorum & taurorum, ſed per ſuum ſanguinem.* Sic enim credentibus remiſſionem in æternum comparauit. Ergo plurimi quidem ante ipſum ſancti fuere; ſed nemo eorum Emmanuel nominatus eſt. Quam ob cauſam? Nondum enim venerat tempus, quo deberet eſſe nobiſcum, id eſt, in noſtram venire naturam per carnem, is qui eſt omni ſuperior creatura. Vnus igitur Emmanuel. Semel enim factus eſt homo Vnigenitus, tunc cum per ſanctam Virginem generationem carnalem perpeſſus eſt. Dictum eſt enim & ad
Ioſue 1. Ieſum, *quod ero tecum.* at non erat ille Emmanuel. Fuit etiam cum Moyſe: ſed nec ille Emmanuel nominatus eſt. Igitur quoties audimus nomen Filio datum eſſe *Nobiſcum Deus*; ſapienter intelligamus, non ita fuiſſe nobiſcum nouiſſimis temporibus, ſicut aliquando dicitur fuiſſe cum ſanctis. Illis enim erat tantum adiutor: nobiſcum autem fuit, cum factus eſt ſimilis noſtri, cum ſuam non amiſiſſet naturam. eſt enim inconuertibilis vt Deus.

Quam eſſe dicimus adunationem.* CAP. VIII.

*Gr. inquit,

VNIO ipſa multis modis perficitur. Seiuncti enim nõnulli affectu forte & * voluntate, & diſcordãtes inter ſe, vniri dicuntur per reconciliationem ſocialem, depoſita ſimultate. Vniri etiam dicimus ea quæ ſibi conglutinãtur, ſiue modis aliis coniunguntur, vel per appoſitionẽ, vel per admixtionem, vel per temperationem. Quoties igitur vnitum eſſe noſtræ naturæ Dei Verbum dicimus, omni humana cogitatione vnionis eius modus videtur eſſe ſuperior. Neque enim per vllum e ſupra ſcriptis modis facta eſt, ſed ineffabilis eſt prorſus, & fortaſſe nulli penitus nota, niſi ſoli illi omnia ſcienti Deo. Nec mirum, ſi in huiuſmodi cogitationibus vincamur, cum res noſtras, quomodo ſe habeant, inquirentes,

*ſententia,

Τίνα, φησὶ, λέγομεν εἶναι τὴν ἕνωσιν.

ΤΟ τῆς ἑνώσεως χρῆμα κατὰ πολλοὺς ἐπιτελεῖται τρόπους. διῃρημένοι γάρ τινες κατὰ διάθεσιν καὶ γνώμην, καὶ διχονοοῦντες πρὸς ἀλλήλους, ἑνοῦσθαι λέγονται κατὰ σύμβασιν φιλικὴν, ἐκ μέσου ποιοῦντες τὰς διαφοράς. ἑνοῦσθαι δέ φαμεν καὶ τὰ ἀλλήλοις κολλώμενα, ἤγουν συνηνεγμένα καθ' ἑτέρους τρόπους, ἢ κατὰ παράθεσιν, ἢ μίξιν, ἢ κρᾶσιν. ὅταν οὖν ἑνοῦσθαι λέγομεν τῇ καθ' ἡμᾶς φύσει τὸν τοῦ θεοῦ λόγον, κρείττων ὁρᾶται τῆς ἀνθρώπου διανοίας ὁ τῆς ἑνώσεως τρόπος· οὐ γάρ τοι καθ' ἕνα τῶν εἰρημένων ἐστὶν, ἀπόρρητος δὲ παντελῶς, καὶ οὐδενὶ τάχα τῶν ὄντων διεγνωσμένος, πλὴν ὅτι μόνῳ τῷ πάντα εἰδότι θεῷ. θαυμαστὸν οὐδὲν, εἰ τῶν τοιούτων ἐννοιῶν ἡττώμεθα· ὅτε τὰ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ὅπως ἂν ἔχοι διερευνώμενοι,